Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31638
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

Cvm ita frequenter solui posuerit alti-
uideam. Adiecto ista nominum quod ue-
lit intelligi. Aggeus et zacharias
prophete fuerunt. qui post transmigrationem ba-
bylonie sub dario rege longo pro tempore
prophetauerunt. quorum ista sunt cantica. Reuersi
enim iuuenes patriam suam. cum reparari templum
uiderent. laudes domino magna exultatione
profuderunt. Ad quorum similitudinem et hic psalmus
integerrimus alfabeti litteris. quasi regulis aureis
nosceretur esse ornatus. quorum pro absolutione peccatorum
profectissima debeat a plenis alacritate cantare.
Et memento quod instituere fidelium hic quartus est
psalmus. Ostendit enim pro liberatione delictorum
quanta sint dona fidelium. et quae sit retributio
operum fidorum. diuisio psalmi.
Per totum psalmum prophetae loquuntur. prima
admonitione quod faciat beatum uirum. et quanta
bona domini gratia mereatur ostendit. Continet autem litteras. vi. Secundum aduentum domini significat
saluatoris. per quem homines ex peccatorum et impiis meruerunt beati esse promerentur. Quae diuisio
xiii. litteras hebraicas noscitur continere. In tertia
parte contraria impiis euenire testatur. quae re-
siduas habet litteras tres. Aleph.
Beatus uir qui timet dominum. Beth. in
mandatis eius cupit nimis. Diuersis
modis beatum uirum in medium de ducit. ne
dissimulatione aliquid eius appetentia negligatur.
Dicit enim animo nos frequenter reuoluere. unde
phanum sub eternitate gaudere. sed cum beatitu-
do nulla sit sub humore mundano. quod potest mi-
seros facere. manifestum est tam nulla externa re-
perire gaudia. nisi quae domini fuerunt timore pre-
parata. Ipso enim compellente desideramus. quod
nos beatos possit efficere. Denique sic sequitur.
In mandatis eius cupit nimis. Quod primum dom
certum est posse iungere. quando dominum diligen-
do metuimus. ne nos a regno suo reuocet. quasi
neos. Beatus qui timet dominum secundum. Spes est
tertia. definitionis. quae graece dicitur catapenon
latine plaudere. Lamel. Potens in terra erit
semen eius. Deleth. generatio rectorum benedicetur.
Iam illi beati quos supra dixit primata describun-
tur. sed cum ipse producet humiles esse gratissimos.
ita ut iusti eius pauperes dicantur. quorum in qua
terra potentes dicantur esse. qui hic phanum
esse derisum. Nulla scilicet qua cum domino regnatu-
rum sunt scilicet. ubi non diuitiae humanae nec honores
temporales facium potentes. sed templum do-
mini. sine fine laudatio. Ipsa reuera potentia. cum non succedit infirmitas. sed quod esse
meruerit. aeterna felicitate custodit. Semen.
opa significat bonarum rerum. quae in hoc seculo
uelut semina iacuunt. ut fructus futuri messis adolescat. Generatio autem rectorum dicit. non
ista carnis. sed illa quae unitatione iustorum pri-
mitiuae opum noscitur esse propagata. Unde
et diabolus peccatores filios habere memoratur.
quibus dictum est. Vos ex patre diabolo estis. He.
Gloria et diuitiae in domo eius. Vau. et iustitia
eius manet in seculum seculi. Adhuc in bonis beati
promissa descriptio peruenit. Beati domini est in
secretum. id diuitias scilicet et gloriam perpetua repo-
nit. quasi dominus praecepta compleuerit. sed illa gloria
non habet finem. illae diuitiae non maligna surreptio-
ne diripiunt. sed deo in mandatis uenium.
Unde quicquid acquirit. penitus integritate ser-
uatur. Denique sic sequitur. Et iustitia eius manet
in seculum seculi. Iustitia quidem hominis dicitur. sed quod
dominus largiente praestatur. Nam cum sit nomen gentile.
aduertitur tamen propria. cum diuina dispensatione
ad unumquemque hominum res incessa puenerit.
Et ne aliquis se temporaliter existimaret fieri bea-
tum addidit. Manet in seculum seculi. Hactenus bea-
tum illum bona narrata sunt. nunc unde fieri
possit beatus edicit. ne tantum desiderium mo-